

Bibliothèque numérique


medic@

**Lombard, Pierre - candidat / Fagon,
Guy Crescent - président. - Fit-ne
sudor cruentus Naturae vi ?**

1665.

Paris

Cote : ms 79 n°1161



Lanfant fecit

ILLVSTRISSIMO NOBILISSIMOQVE DOMINO D.
I O A N N I D E R I E V X
 MARCHIONI D'ASSERAC



ANTIQVORVM solemnis ritus fuit, MARCHIO ILLVSTRISIME, ut conuersis in Orientem oculis, sacrorum suorum aspicerentur initia, & san-
 quis non dederit Antiquitati veritatem, si primis aspectibus salutauit Orientem, cum nihil ostentet Naturae theatrum speciosius orientis Solis spectaculo, nihil quod
 hominum religionem magis alliciat; publicis itaque ac solemnibus votis Theste mens consecraturum, tibi que multis nominibus addictum admonit praesca consuetudo,
 nec aliunde perenda auspicia, nec oculos alio conuertendas, quam in Te ipsum primo atatis Oriente spectabilem, sanque erumpentibus optima indolis radius, &
 antiquo Majorum splendore coruscantem: Is quippe Aus Proauisq;ue genitus es, MARCHIO ILLVSTRISIME, qui Ducum, Regum etiam titulo
 super accessione & reciprocatione Sanguinis Heroar peperit ad omnem posteritatem memorandos. Micant in Annalium monumentis inextincta Sydera Raulfus, Guillelmus, Clau-
 dius, Rolandus, praedicti omnes Romano pectore: Sed late Nominis sui splendorem explicat PETHVS DE RIEVX Regni Gallici non tam Marefcallus, quam Restaurator & Pindex,
 qui Carolum septimum Delphinum, senientidus Aurelianensium & Burgundionum discordis eripuit, pretiosumque populis Caput singulari fide restituit, inlicita fortitudine sospitauit,
 armis etiam amissisque cum Puella Aureliaca conuulctis, Anglos in Gallorum perniciem conuulctos, & ipsa Regni praecordia lacerantes, non Aurelius modo, sed Gallie finibus expulsi,
 eternamque meritorum suorum memoriam posteris reliquit, virtutum vero imaginem nulla temporum fuligine violandam. Equidem nobilissime Prospicie laudes prolixius persequi stu-
 dium dulce, sed intra Epistole angustias cogi nequit tot illustrium Auorum numerosa gloria. Num addam quod sine piaculo praeterire non possum: nascendi scilicet felicitatem cumula-
 uit ornatissima Parens & ipsa Rioxenſis propago sanguinis, qua communem mulierum conditionem longe praetergressa, mentis celsitudinem cum morum comitate, temperantiam cum opu-
 lentia, pietatem cum veritate, ruit integritatem cum forma & atatis integritate sociavit. Si naturam igitur vinctu seminis arbor redelet, & sanguine propagatur virtus: quis dubitet
 Te, ILLVSTRISIME MARCHIO, in quem se maternam decus & auarum robur transfudit, jam nunc crescere sustinendis olim Majorum laboribus simul & honoribus. Hec
 dum ego Tibi ac inclita Parenti tuae tam obseruantiae tum beneficiorum titulo deuotissimus & spero & flagrantissime cupio, Rioxenſis interim Nominis decus & gloriam quantā potero
 grati animi significatione predicabo.



QVÆSTIO MEDICA QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XV. IANVARII

M. GVIDONE CRESCENTIO FAGON, Doctore Medico, Præside.

Fit-ne sudor cruentus Naturæ vi?

1162

SUDOR tenue est ac humidum triplicis, quæ in visentibus obicit, coctionis excrementum aquæ instar per cutem actum. Quapropter signa, lapides, ligna, vt aliquando acceptum humorem reddiderint, reuera non sudarunt, nec enim sanguis, nec sudor, nisi in corpore est. Cibi autem pars aquea, ipsaque epota aqua, minimè quidem ad alendum, sed ad decoquendum alimentum, ac vel in vltimas corporis partes deportandum optimè comparati, si eo fundâ munere ad vesicam deferatur, vrina si in corporis summa emergat, sudor est, qui interdum aquæ in modum erumpit, interdum insiti calor vi solutus exhalatur, sicut vicissim in sudorem plerumque abeunt vapores, eximiam ad quas appellant, partium frigore coacti. Quin & crudi illius fucci, qui carnibus reliquisque partibus suauissimo passu adiungunt non potuit, liquatque dilaberet, habet admixtum quid sudor, qui propterea salus est, quandoque & amarus, vt in Idæicis: Nec raro foetet, maximè cum à vietiis membris, vel ab is prodiit locis, in quibus ferè trax asper habitat. An certa foeminarum fecunditas, quarum sudor aut re ipsâ, aut idcirco bene olet, quia nihil olet?

QUANTO valentior est cuiusque calor, tantò maior est quæ sensum fugit diffusio, pauciorque ex probè coctis alimentis superest qui per cutem extrudatur humor. Si quis tamen inde sanum hominem sudare negat, vix ipse sanæ mentis est. Nec si eadem est vrina & laboris origo, hoc cutem continenter dissilire necesse est, quòd illa ad vesicam continenter denat, scilicet pendenti, & è carnis reum papillis in labrum stillanti sero patent directæ ac precipites viæ, quas sponte decarrat: Id ipsum quoquoque excurrere, & ad extremum corpus deductum, non inutiliter subsidet: nec statim effluit, nisi labore motuque concitatore, aut ab is quies est, calor ac spirituum impulsu foras projiciatur per apertissima cutis foramina. An is hyemis, quæ & calor excellit, frigore intercalis, minus quam æstare defodamus. Nullus quoque et sicco sudor est; ob eam rem senes, biliosi, perugiles, qui fusiore sunt alio, qui igni propiores sunt, Soliue ardorem nudi sustinent, minus sudant; paulò largitis, ferèque noctu melancholici; hæctici, hydrope vexati, & ceteri quibus inarere viscera, nunquam. Vt tantum ad valentes pertineat qui naturalis est sudor: prudenter & arte excitatus à grauissimis morbis vindictæ, calorisque sauitatem tuetur aut afflicet: Qui ex morbo est, inanis sit, vel symptomaticus, criticus planè nullas haberi debeat.

AD pernoscendum quid in intimo geratur corpore, habet momenti plurimum, qui per ejus ambitum effunditur humor, habet & effusi humoris color. Nunc enim expedite & valentis, nunc impeditæ dejectæque Naturæ opus est. Frigidus ferè calorem extinguit, qui à cibo fit, ventriculum inter coquendum laborare denunciat. Neque tamen veritatem id obtinet, vnumquemque, quâ parte sudat, laborare semper. Nec semper solitaria postrema coctionis recrementum, ferè sique humoris reliquæ sese inferunt in patentes cutis meatus. Plerumque vnâ cum is excidunt fecdi humores, quos validus calor sejunxit à sanguine, velut ab auro fecem. Inde vitæ atque industria pallent; interdum virent, albescunt, rubent cruentum sudorem ementia. Etiam vini rubri recens haustu colorem sudor aliquando retulit. Nec semel effuso jecore, prinde ac in demorsis ab Hemorrhoo, totum corpus fuit pro vuluere, saniesque, siue sanguis nondum satis excoctus, aut corruptis diffusisque fibris liquefens, affatim per laxiora cutis spiramenta euasit. Ita quoque nonnullorum febre pestilenti ac variolis infestatorum membra omnia sanguinem, vel certè rutilam pro sanguine virus emiserunt.

NON solum superflui & inutiles, vtiliter, sed etiam viles, & Naturæ vtilibus apti humores, ei inuita quandoque sudore dissipantur. Is quo defecti animo madent, non tam sudor est, quam portio quædam cognati & ad alendum idonei fucci, quem extremæ corporis partes, perennis effluuij damna sartura, ad se inuitatum continere nequeunt. Flatus, acre serum, calculus, dum ardentissimum dolorem intrunt, haud valde dissimilem sudorem euocant, vix ante, quam is vniuersus exhaustus sit, finicendum. Incessus celerior, corsus, lucta, balneum, pugna, & ejus generis alia plurima, sudorem multò, quam quæ perperam dicitur idrotica, certius promptiusque creatura, nonnunquam ab is, quæ in habitum cutemque desinunt venis & arteriis, liquidum sanguinem exprimit. Nec modò casualium quæ foris sunt, sed etiam internarum vi exigunt, eoque copiosior manat, quòd harum, quam illarum, major est efficacia. Vt porro multa sanguinem colliquefacere, cum eoque spiritus iactare & huc illuc impellere valeant, nihil æquè ac vehementes animi peremotiones. Non tot motus, nec tantas, tamque varias fluctuum agitationes habet Euripus, quot ab illis quidquid in corpore fuit, quod manifestè loquuntur suspensus ac incoertus vultus, mênique, & toties mutatus, nec vllâ certâ sede manens color.

QUEM AD MODVM mærore, metu, panore perculsorum sanguis pendè congelat, cutem desituit, se sequè in intimos cordis sinus recipit cum spiritibus, qui & crassescunt, obcurantur, torpent, extinguuntur; à suis functionibus abscedit anima, corpus consistere nequit, niger, transfluxum non sentit: Sic in amore & gaudio, nisi fortè hoc effusum animam exhauiat, sanguis & spiritus; cœu ipsa sint anima, aut in ipsis tota sit, blandè effunduntur ad lenitiæ autorem quasi complectendam. In ira, magisque in angore & agone, in quo & vehemens est impulsio, & inordinatus eorum motus, adeo in corde feruent, ebulliunt, ex eoque emittit tanto impetu currunt, suppetias videlicet lateri instrumentis, quibus, quod stomachum facit, depellatur, vt quocumque penetrant, & tanquam immixta furia, valorum quibus clauduntur oscula referunt, resignant, rumpant, maximè vbi vegetam vim addit temperies, ac ætas florentissima, peruiam laxitque textum corpus nullo vnquam morbo violatum est, lucidi sunt & vincti spiritus, clarique sanguis purpureo colore nitet. Quòd si præterea præcellens animus imminens mali opinione verberatus, suscepto consilio, eoque quod discretæ ante oculos proposito, seipsum suscitet, & ad firmitatem incendat; si indignissimæ mortis laqueis capiat expedire vt cupiat, constanter nolit, ipse sui doloris antagonista; quid proclius quam vt in eo consiliu, æluctus inardescens tenuis ac propè ignitus sanguis, venarumque haud amplius patiens, viam sibi per omnes curis ductus, quasi per riuulos muniat, ab isque decurrens fatum quodammodo antequærat? Sic olim maximus Imperator dum percitus metueret, ne quid pugnancium militum ignavia victoriæ gloriæ quæ decederet, sanguinem in sudorem solutus est: solui & patrum nostrorum memoria robusti homines, auditi capitis lenrentia. Sed & sensibus facta fides est, consecratam virginem, imparissimis sicariis ad eam coram pendam aduolantibus, supra horrore, mundissimum sanguinem è venis ejus, aliòqui tenacissimis per corpus integerimum, sudoris specie cum vitâ profudisse.

Ergo fit sudor cruentus Naturæ vi.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Guido Crescentius Fagon, Præsides.

M. Iacobus de Bourges.

M. Petrus Legier.

M. Ioannes Hammon.

M. Simon Boulot.

M. Claudius Tardil.

M. Petrus Legier.

M. Ioannes Pietre.

M. Claudius Germain, primarius Regina Poloniæ Medicus.

Proponebat Lutetiæ PETRVS LOMBARD, Heduenfis, A. R. S. H. M. DC. LXV.